

sed non plus, quam decet, ignoscens ab arce rectitudinis declinatur, qui nulla illicita perpetrat, sed perpetrata ab aliis ut propria deplorat / 107^t /, qui ex^e affectu cordis alienę infirmitati compatitur sicque in bonis proximi sicut in suis proVectibus^f lętatur. Ad dignitatem pontificalis excellentię recte pervenit, qui⁷¹ ita se
 5 imitabilem cęteris in cunctis, que agit, insinuat, ut inter eos non habeat, quod saltem de transactis erubescat, qui sic studet vivere, ut proximorum quoque corda arentia doctrinę valeat fluentis irrigare, qui orationis usu [et] experimento iam didicit, quod
 10 obtinere a Domino, que poposcerit, possit, cui per effectus^g sui vocem iam quasi specialiter^h dicitur: *Adhuc*⁷² *loquente te, dicam: „Et ecce adsum“*. Qua⁷³ in re est
 15 adhuc aliud sollicitius formidandum, ne qui placare posse iram creditur, hanc ipse ex proprio reatu mereatur. Cuncti liquido novimus, quia, cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. Qui adhuc desideriis terrenis adstringitur, caveat, ne districti iram iudicis gravius accendens, dum loco delectatur glorię, fiat subditis auctor ruinę. Solerter se quisque metiatur, ne locum regiminis adsumere audeat, si adhuc in eo vitium damnabiliter regnat, ne is, quem
 20 crimen depravat, intercessor fieri appetat pro culpis aliorum.

[c. 3] Dictum est de ordine, quo est episcopus eligendus⁷⁴, et de eius electi officio⁷⁵. Nunc de canonicorum conversatione clericorum dicendum est. / 107^v / Hieronimus⁷⁶. Hactenus dictum est de ordinatione vel electione episcopi, item de eius officio vel conversatione. De conversatione clericorum sub episcoporum regimine et cura providentiaque viventium, quid aliud dicendum sit, nisi ut vivant, sicut sancti canones docent et iubent⁷⁷?

e) et Hs. f) proVectibus Hs. g) affectus Hs. h) als spaliter gekürzt Hs.

71) qui ita – Z. 9 adsum aus Gregor I., *Regula pastoralis* I 10, ed. JUDIC S. 162. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 13 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 338, 10–14), und zwar einschließlich des vorangestellten Halbsatzes Z. 4 Ad – pervenit.

72) Isai. 58, 9.

73) Qua – Z. 16 aliorum aus Gregor I., *Regula pastoralis* I 10–11, ed. JUDIC S. 162–164. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 13 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 338, 20–26).

74) Nämlich in c. 1.

75) Nämlich in c. 2.

76) Hieronymus mittig in einer ansonsten leer belassenen Zeile positioniert; siehe oben zu S. 58 Z. 14. Die folgenden beiden Sätze bei Hieronymus nicht nachweisbar. Vermutlich ist an dieser Stelle ein längeres Hieronymus-Exzerpt nicht mit abgeschrieben worden. Doch auch dann bliebe erklärungsbedürftig, warum der sich anschließende Hactenus-Satz den vorausgehenden Satz inhaltlich wiederholt.

77) Eventuell ist die Gesamtheit der im Mittelteil der Aachener Kanonikerregel als cc. 39–93 zusammengestellten Exzerptreihe aus der Collectio Dionysio-Hadriana gemeint (MGH Capit. I S. 360–370).